

# DIVI THOMÆ AQUINATIS, CONTRA IMPUGNANTES DEI CULTUM, ET RELIGIONEM OPUSCULUM XVI. (\*)

\* AL. XIX.

## ROMANI EDITORIS ARGUMENTUM

In Opusculum sequens.

**T**empore Sancti Ludovici Francorum Regis, *Vivimus de Sancto Amore, Sigeriusque magistri Parisienses*, multique sequaces in hunc incidit errorem, ut religiosorum mendacium statum damnatum assererent, librumque sacrilegum multis sacrae pagine Sanctorumque auctoritatibus, licet male intellectis, & perverse expositis, refertum, Clementi IV. Summo Pontifici obtulerunt. Pontifex igitur reverendo Magistro Joanni de Verellis Magistro Ordinis Prædicatorum dictum librum transmisit, præcipiens ut eidem per famosissimum tunc in toto orbe doctorem Fratrem Thomam de Aquino faceret responderi. Devotissimus igitur pater & doctor Thomas, Fratrum in Capitulo Generali Anagnina congregatorum orationibus se faciens commendatum, præfatum librum studiose perlegit, quem reperit erroribus plenum. Quo comperto alium esse librum, qui incipit: Ecce inimici tui sonnerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput &c. tam cito, tanque eleganter, & copiose composuit, ut non humano ingenio eum visus sit edidisse, sed potius in spiritu accepisse de dextera sedentis in throno: quem librum, in quo omnia nequissimorum tela penitus extinxerat, præfatus Summus Pontifex tamquam vere catholicum approbans, librumque contrarium tamquam hereticum & nefarium damnans, ipsius auctores cum complicibus depositus de cathedra magistratus, expulsosque de Parisiensi Studio, omni dignitate privavit. Prædictus vero doctor post divinam obtentam victoriam Parisius rediens, omnes dicti operis articulos publice, & solemniter repetens disputavit, firmavitque.

### PROOEMIUM.

In quo actoris intentio declaratur.

Ecce inimici tui sonnerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum malignaverunt consilium, cogitaverunt adversus sanctos tuos: dixerunt. Venite, disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. *Psalm. LXXXII. 3.*

**O**mnipotens Deus amator hominum suo amore nobis utitur ad ejus bonitatem, & nostram utilitatem, ut Augustinus docet in I. Lib. de Doctrina Christiana. Ad suam quidem bonitatem, ut homines Deo dent gloriam. *Isai. XLII. 3. (1) Omnis qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum. Sed ad nostram utilitatem, ut ipse omnibus det salutem. I. Tim. II. 4. Qui omnes homines vult salvos fieri. Et hanc concordiam inter homines & Deum nascenti Domino annuntiavit Angelus, Luc. II. 14. Gloria*

(\*) Vide Admonitionem præviam cap. II. (1) *Vulgata omnem.*

pora Antichristi designat, quando hi qui modo pfemuntur meru, in liberam vocem erumpent: quæ vox quia irrationalis est, magis sonus quam vox dicitur. Nec solum voce inimicitias suas exercent, sed etiam factis: unde sequitur. *Et qui oderunt te, extulerunt caput*, scilicet Antichristum, secundum Glossam, & membra ejus, quæ (1) sub illo capite sunt: ut ab uno capite gubernari, efficacius sanctos Dei persequantur. Secundo ostendit quomodo toti humano generi adversantur, subjungens: *Super populum tuum malignaverunt consilium*, vel *astute cogitaverunt*, secundum aliam litteram, ad eos decipiendum, secundum Glossam super illud *Isa. III. 12. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt*: Glossa, „ blandis verbis. “ Tertio, ostendit quomodo ministros Dei persequuntur, cum subdit: *Cogitaverunt adversus sanctos tuos*: Glossa, „ non solum contra mediocres, sed etiam contra celestes viros. “ Unde Gregorius in XIII. Lib. Moralium, exponens illud *Job xvi. Aperuerunt super me ora sua, & expraebantes &c.* Sic dicit „ Illos precipue reprobi in sancta Ecclesia persequuntur quos multis conspiciunt, esse profuturos “ & infra: „ Reprobi grande se aliud, quid fecisse existant cum vitam prædicatorum necant. “ Duo autem contra sanctos cogitant. Primo ut ipsos annihilent. *Hester xlii. 15. Voluit nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere.* Secundo ut si hoc non possint, saltem eorum famam destruant apud homines, ut in eis fructificare non possint. *Jac. II. 6. Nonne divites per potentiam opprimunt vos? . . . Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? “ Et ideo quantum ad primum horum *Psalm. sta subjungit: Dixerunt. Venite. Glos. querentes sibi socios: “ disperdamus eos de gente, vel de gentibus: Glossa, scilicet ne sint inter gentes; idest, tollamus eos de mundorece persecutio Antichristi. “ Quantum ad secundum subdit: *Et non memoretur nomen Israel ultra*, ut scilicet nomen eorum in fama non habeatur, eorum scilicet qui se dicunt vere esse Israel, ut Glossa dicit. Horum primum, scilicet sanctorum expulsionem de mundo, tyraoni antiquitus per violentiam procurare conati sunt: unde Apostolus ad Rom. vii. 26. suo tempore illud *Psalm. compleri dicit: Propter te morti scanur tota die, vitium sumus sicut oves occisionis. Sed nunc idem perversum homines astutis consiliis attentant quantum ad religiosos specialiter, qui verbo, & exemplo fructificare possunt, perfectionem profitemes; violentes quedam astruere per quæ eorum status totaliter destruitur, & redditur nimium onerosus, & ovitoperabilis, subtrahendo eis spiritalia solatia, & corporalia onera imponentes. Primo enim eis pro posse studium, & doctrinam auferre conantur, ut sic adversarii veritatis resistere non possint, nec in Scriptura consolationem spiritus invenire. Et hæc est astutia Philistinorum: I. Regum xlii. 19. *Caverunt Philistinim ne forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam*: quod Glossa exponit de prohibitione studii litterarum: Et hoc primum Julianus Apostata inchoavit, ut ecclesiastica testatur Historia. Secundo, a consortio studentium eos pro posse excludendo, ut per hoc sanctorum vita veniat in contempnum. *Apocal. xii. 17. Ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiarum*, eorum scilicet malitiam consentiendo. Tertio eorum prædicationem, & confessionem audientiam, quibus in populo fructificanti, impedire nituntur. I. Thessalonice. II. 16. *Pro-****

(1) *Al. sub illo capite capita sunt.*

hibentes nos gentibus loqui, ut salvifiam. Quarto ad laborem manuum eos compellunt, ut sic gravati & sui status tedium habeant, & in prædictis impediatur, secundum consilium Pharaonis dicens *Exod. II. 9. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum*: & infra: *Præposuit itaque eis magistros operum*. Glossa, „ Pharaeo significat Zabulum, qui luti & lateris imponit gravissimum jugum, servitute scilicet lutulentæ, & terreni operis. “ Quinto vituperant eorum perfectionem, & blasphemant, scilicet pauperatatem mendicantiam. II. Per. II. 2. *Multi sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur*, idest bona opera, secundum Glossam. Sexto eis victum, & eleemosynas, unde vivebant, subtrahunt ut possunt. In tertia canonica Joan. 10. *Et quasi ita non sufficiant ei*, Glossa, „ quod hospitalitatem dissuadet, „ neque ipse fratres accipit, prohibet: Glossa, „ indigentes. “ Et eos qui suscipiunt prohibet: Glossa, „ ne impendant curam humanitatis. “ Septimo famam sanctorum prædicti ministri diaboli nituntur contumperere, intantum ut non solum per se apud presentes sanctos Dei infamem verbo, sed etiam literas per universum orbem dirigant. *Hier. xxiii. 15. A prophetis Hierusalem egressa est pollutio super per omnem terram*, Glossa Hieronymi: Hoc utitur testimonio adversus eos qui epistolæ plenas mendacio, & fraudulencia, & perjurio in orbem dirigunt, & aures audientium pollutum. Non enim sufficit eis iniquitatem propriam devorare, vel proximos ledere; sed quod semel oderunt, per totum orbem conantur intamare, & ubique blasphemias seminare. “

Prædictorum igitur malignantium nequitiam compirere intendentes, hoc ordine procedamus.

Primo ostendemus, quid sit religio, & in quo perfectio religionis consistat, quia eorum tota intentio contra religiosos esse videtur.

Secundo ostendemus ea quibus religiosos opprimere nituntur, frivola, & nulla esse.

Tertio monstrabimus quod ea que ad religiosorum infamiam profertur, nequeit proponunt.

Quarto ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Quinto ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Sexto ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Septimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Octavo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Nonno ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Decimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Undecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Dodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Tridecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Quodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Quintodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Sextodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Septodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Octodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Decimodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Undecimodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Dodecimodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Tridecimodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

Quodecimodecimo ostendemus quomodo religiosorum infamiam, & quomodo eos a mundo tollant.

credere quia est. Huius fidei protestatio laetitia est, quae cultum Deo exhibet; quasi recognoscens Deum esse principium: unde religio primo & principaliter laetitia significat, quae Deo cultum exhibet in verae fidei protestationem. Et hoc est quod Augustinus dicit X. de civitate Dei, quod religio non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur: & hoc modo Tullius religionem diffinit in veteri Rhetorica, dicens: Religio est quae superiori cuidam naturae, quam divinam vocant, curam, & carerionianque affert. Et sic primo & principaliter ad veram religionem pertinere noscuntur quaecumque ad fidem integram pertinent, & debitam laetiae servitute. Sed secundo ad religionem pertinere noscuntur illa omnia in quibus possumus servitium Deo exhibere: quia ut Augustinus dicit in Enchir. Deus colitur non solum fide, sed spe, & charitate; ut sic omnia charitatis opera religionis esse dicantur. Unde Jacob. 1. 27. Religio mundata & immaculata apud Deum & Patrem haec est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum &c.

Ex his ergo patet quod duplex est religionis acceptio. Una secundum sui nominis primam institutionem, secundum quod aliquis Deo se ligat per fidem ad debitum cultum; & sic quilibet christianae religionis fit particeps in baptismo, abrenunciatis saeculae, & omnibus pompis ejus. Secunda prout aliquis ad aliqua charitatis opera se obligat, quibus specialiter Deo servitur, abrenunciatis secularibus; & hoc modo religionis nomine ad praesens utitur. Charitas autem Deo debitum obsequium reddit secundum actus vitae activae, & contemplativae. In actibus quidem activae vitae diversimode secundum diversa officia charitatis, quae proximis impenduntur: & ideo sunt aliquae religiones institutae ad vacandum Deo per contemplationem, sicut religio monastica, & eremitica; aliquae autem ad serviendum Deo in membris suis per actionem, sicut illorum qui ad hoc Deo se dedicant, ut infirmos suscipiant, captivos redimant, & alia misericordiae opera exsequantur. Nec est aliud opus misericordiae ad cuius executionem religio institui non possit, etsi non sit haec instituta. Sicut autem in baptismo homo per fidei religionem Deo ligatur, peccato moritur; ita per votum religionis non solum peccato, sed saeculo moritur, ut soli Deo vivat in illo opere in quo se Deo ministraturum devovit fidei: quia sicut per peccatum vita tollitur, ita per occupationes saeculi Christi ministerium impeditur: II. ad Tim. 1. 4. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Et ideo per religionis votum abrenunciatur illis quibus humanus animus maxime occupari consuevit, & ad divinis obsequiis impeditur. Quorum primum & principale est conjugium. I. ad Cor. vii. 23. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quasi Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divitis est. Secundum est possessio divitiarum terrenarum: Math. xlii. 22. Sollicitudo huius saeculi, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficiunt: unde dicit Glossa Luc. vii. 11. super illud: Quod autem in spinis cecidit &c., Divitiae etsi delectare videantur, suis tamen possessoriibus sunt spinae; cum aculeis curarum mentes eorum confodiunt, quae avidae quaruntur, & sollicitudine servantur. Tertium est propria voluntas, quia qui sua voluntas est arbiter, sollicitudinem habet de sua vitae gubernatione: & ideo nobis consilium nostrum status dispositionem divinae providentiae committamus. I. Pet. v. 7. Omnem sollicitudinem vestram

projicientes in eo, quoniam ipsi cura est de vobis. Proverb. xlii. 5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiae tuae. Et inde est quod perfecta religio triplici voto consecratur; scilicet voto castitatis, per quod abrenunciatur conjugio; voto paupertatis, per quod abrenunciatur divitiis; voto obedientiae, per quod abrenunciatur propriae voluntati. Per haec autem tria vota homo Deo sacrificium offert de omnibus bonis: per votum quidem castitatis in sacrificium Deo offerens corpus proprium, de quo Rom. xlii. 1. dicit Apostolus. Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem: per votum autem paupertatis oblationem Deo faciens de exterioribus bonis, de quo Rom. xv. 31. Obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierosolymis sanctis: per votum autem obedientiae sacrificium Deo spiritus contribulans &c. Nec solum sacrificium per haec tria Deo offertur, sed holocaustum, quod erat in lege acceptissimum. Unde Gregorius in vii. 11. Homil. secundae partis super Bezech. Cum quis suum aliquid Deo voverit, & aliquid non voverit, sacrificium est; cum vero omne quod habet, omne quod voverit, omnia quod sapit, omnipotenti Deo voverit, holocaustum est. Et sic religio secundo modo accepta, in hoc quod sacrificium Deo offert, primum modum religionis imitatur. Sunt autem quidam modi vivendi, in quibus aliqua horum praetermittuntur; sed in eis perfecta religionis ratio non invenitur. Alia autem omnia quae in religionibus reperuntur, sunt adminicula quadam ad evadendum ea quibus per votum religionis abrenunciatur, vel ad observandum id in quo homo per religionis votum Deo se servitutum promittit.

Ex praedictis igitur patere potest, secundum quid una religio possit perfectior altera iudicari. Ultima rei perfectio in finis consecutione consistit: unde debet principaliter ex duobus religionis perfectio iudicari. Primo, ex hoc ad quod religio ordinatur, ut dicatur illa religio esse eminentior quae digniori actui dedicatur, ut sic secundum comparationem activae, & contemplativae vitae in utilitate, & dignitate accipiatur comparatio religionum, quae activae, & quae contemplativae deputantur. Secundo ex comparatione religionis ad executionem illius ad quod est instituta. Non enim sufficit religionem aliquam ad aliquid institui, nisi sit taliter ordinata observationibus, & modis vivendi, quod ad suum finem sine impedimento pertingat; sicut si duae religiones sunt institutae ad contemplandum, illa per quam homini liberior contemplatio redditur, debet perfectior iudicari. Sed quia, ut dicit Augustinus; nemo potest novam vitam inchoare nisi veteris eum vita peritit, quaelibet religio, per quam homo novam inchoat, quidam penitentiae status est, ut homo à veteri vita purgetur: & hoc tertio modo possunt comparari religiones, ut illa dicatur perfectior quae majoris austeritatis habet, sicut in jejuniis, vel paupertate, vel aliis huiusmodi: quia opera satisfactoria debent esse poenalia. Sed primae comparationes sunt magis religioni essentiales, & ideo secundum eas est magis perfectio religionis iudicanda, & praecipue cum perfectio vitae magis consistat in interiori iustitia quam in exteriori abstinentia.

Sic ergo patet quid sit religio, & in quo perfectio religionis consistat.

Secunda pars principalis totius operis.

HIS igitur visis procedendum est ad ea excludenda quibus adversarii religionis religionem opprimere conantur, hoc modo procedentes.

Primo enim inquiremus, utrum alicui religioso docere liceat.

Secundo, utrum religiosus possit esse de collegio seculari magistrorum licite.

Tertio, utrum religiosus liceat praedicare, & confessiones audire, si curam non habeat animarum.

Quarto, utrum religiosus teneatur propriis manibus laborare.

Quinto, utrum liceat religioso omnia sua relinquere, ita quod nihil sibi possidendum remaneat nec in proprio, nec in communi.

Sexto, utrum possit vivere de elemosynis, & de mendicatis praecipue.

CAPUT II.

An religioso liceat docere.

DOCTRINAM autem religiosorum, ne scilicet docere possint, multipliciter excludere nituntur.

Primo auctoritate Domini dicentis Matth. xxiii, 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: quod consilium quidam dicunt à perfectis esse observandum: unde cum omnes religiosi perfectionem proficiantur, à magisterio abstinere debent.

Secundo auctoritate Hieronymi in epistola ad Riparium, & Desiderium contra Vigilantium, & habetur xvi. q. 1. Monachus non doctoris habet, sed plangentis officium: & vii. q. 1. cap. Hoc nequaquam dicitur: Monachorum vita subjectionis habet verbum, & disciplinam, non docendi, vel praesidendi, vel pascendi animos. Et ita cum canonicis regulares, & alii religiosi monachorum iure censentur, ut dicitur extra de postulando, Ex parte, & de statu monachorum, Quod Dei timor, relinquunt quod nulli religioso docere liceat.

Ad idem addunt quod docere est contra religionis votum. Per votum enim religionis mundo abrenunciatur. Omne autem quod est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitae; per quae tria intelliguntur divitias, delicias, & honores. Magisterium autem honorem esse dicunt, quod probant per Glossam, quae dicit Matth. iv. super illud: Statui illum supra pinnaculum: „In Palestina plana desuper erant castra: & ibi erat sedes doctorum, unde populo loquerentur: ubi multos decipit diabolus vanagloria, honore magisterii inflatus.“ Unde concludunt, quod docere est contra religionis votum.

Item, Religiosi teneantur ad perfectam humilitatem, sicut ad perfectam paupertatem. Sed ita teneantur ad perfectam paupertatem quod non licet eos aliquid proprium possidere. Ergo debent ita humilitatem servare quod nullo honore potiuntur. Magisterium autem est honor, ut probatum est. Ergo magisterium est illis illicitum.

Item, Dionysius v. cap. eocl. Hierar. distinguit utramque hierarchiam in tria, scilicet in sacras actiones, & in communicantes eas, & in eos qui eas tantum recipiunt. Actiones autem sacras dividit in tria in eodem cap. scilicet in purgantes, quod est diaconorum; in illuminantes, quod est sacerdotum; in perficientes, quod est Episcoporum. Recipientes etiam di-

vinas actiones dividit in tria in v. cap. scilicet in immundos, qui purgantur per diaconos; in sacrum populum, qui illuminantur per sacerdotes; in monachos, qui sunt aliorum gradus, qui perficiuntur per Episcopos. Ergo patet quod monachorum non est sacra alii communicare, sed ab aliis recipere. Sed quicquam docet, sacra alii communicat. Ergo monachus non debet docere.

Item, Magis est remotum à vita monastica scholasticum officium quam ecclesiasticum. Sed, ut dicitur xvi. quaest. 1. nemo potest ecclesiasticis officiis deservire, & in monastica regula ordinare persistere. Ergo multo minus potest monachus scholasticis officiis vacare docendo, vel audiendo.

Addunt etiam quod est contra doctrinam apostolicam II. Cor. x. 13. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae qua mensus est nobis Deus: Glossa: „Tanta potestate utimur, quanta concessa est ab auctore, nec mensuram, vel modum egredimur.“ Unde dicunt, quod quicumque religiosus ultra illum modum egreditur qui sibi ab auctore suae regulae est statutus, se ipsum superextendit contra apostolicam doctrinam veniens. Unde nulla religio in sui principio habuit magistrum. Ergo nulli religioso licet ad magisterium promoveri.

Uterius autem & si non ex toto doctrinam religiosorum impedire possunt, eam saltem attenuare nituntur, dicentes, quod in uno religiosorum collegio doctores plures esse non debent, inducentes illud quod dicitur Jac. i. 1. Nolite plures magistri fieri, fratres mei: Glossa: „Plures in Ecclesia ne velitis esse, magistri. Sed unum religiosorum collegium est una Ecclesia. Ergo in uno religiosorum collegio non debent esse plures magistri.“

Item, Hieronymus ad Rusticum, & habetur etiam vii. quaest. 1. In apibus princeps est unus, grues ordinem litterato unam sequuntur, & infra: Unus gubernator in navi, in domo unus dominus. Ergo & in uno collegio religiosorum non debet esse nisi unus magister.

Item, Cum sint multa religiosorum collegia, si unum collegium haberet plures quam unum doctorem, sequeretur tanta multiplicatio religiosorum doctorum, quod saeculares magistri excluderentur propter auditorum paucitatem; praecipue cum oporteat in uno studio esse determinatum numerum magistrorum, ne ex doctorum multitudine doctrina sacra veniat in contemptum.

Huiusmodi autem errorum assertores, primum errantium semitas imitantur. Est enim errantium consuetudo ut quia in medio veritatis non possunt consistere, unum errorem declinant, in contrarium dilabantur. Sic evitans divisionem essentiae, quam Arius introduxit, in confusionem personarum Sabellius declinavit, sicut dicit Augustinus. Sic etiam Eutyches declinans divisionem personarum in Christo, quam Nestorius asserbat, confusionem naturarum in Christo posuit, sicut dicit Boetius. Idem etiam patet de Pelagio, & Manichaeo, & de multis aliis haereticis: propter quod dicitur I. Timoth. i. 1. 8. Homines corrupti mente, reprobi circa fidem: Glossa: „& nunquam in fide, quia in circuitu impii ambulantes, in medio non sistentes.“

Fuit ergo quondam quorundam religiosorum praesumptuosorum error, qui ex hoc ipso quod monachi erant, de sua vita praesumptive auctoritate propria sibi docendi officium usurpabant: & in hoc pax ecclesiastica turbabatur, ut habetur xvi. quaest. 1. Quidam monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio

*Episcopo, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbatione tranquillitati ecclesiastica inferunt: quod etiam plenus in ecclesiastica narratur Historia: quorum presumptiones sancti patres conati sunt reprimere rationibus, & decretis. Eorum autem dictis quidam periversi nostri temporis abutuntur, ea indocti, atque instabiles depravantes, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem, ut dicitur II. Pet. ult. 16. intantum quod in contrarium errorum laborant, asserentes, quod non licet religioso doctoris officium exercere, vel suscipere; & non debet ei injungi. Quod quidem falsum esse primo ostendamus, postmodum ad eorum probationes respondentes.*

Primo ergo inducatur Hieronymi auctoritas ad Rusticum; quæ habetur xvi. quæst. 1. *Sic voce in monasterio, ut clericus esse mercaris: multo tempore discere quæ postmodum doceas. Item ad eundem in cap. seq. Si clericatus te titillat desiderium, discas quod possis docere. Ex quibus accipi potest quod monachi possint suscipere docendi officium. Hoc idem ostenditur exemplis Sanctorum, qui in religione viventes docuerunt, sicut patet de Gregorio Nazianzeno, qui cum monachus esset, Constantinopolim est adductus, ut sacram Scripturam ibi doceret, ut ecclesiastica narrat Historia. Hoc etiam patet de Damasceno, qui cum monachus esset, scholares docuit non solum in sacra Scriptura, sed etiam in liberalibus artibus, ut patet in Libro de miraculis beate Virginis. Hieronymus etiam in prologo Bibliæ, licet monachus esset, doctrinam sacre Scripturæ promittit Paulino monacho, scilicet quod eum docebit, quem etiam ad studium sacre Scripturæ hortatur. De Augustino etiam legitur, quod postquam monasterium insituit, in quo cepit vivere secundum regulam sub sanctis Apostolis institutam, scribere libros, & docebat indoctos. Hoc etiam patet de aliis Ecclesiæ doctoribus, scilicet Gregorio, Basilio, Chrysostomo, & aliis multis, qui religiosi fuerunt, & præcipui Ecclesiæ doctores.*

Hoc etiam rationibus ostendere facile est. Doctrina enim sacre Scripturæ operibus comprobatur. Actum 1. 1. *Capit Jhesus facere, & docere:* Glossa: „Quod cepit facere, & docere, bonum doctorem instruit, qui quod docet facit.“ Doctrina autem evangelica non solum præcepta, sed & consilia continet. Convenientissime ergo doctrinam evangelicam docet qui non solum præcepta, sed etiam consilia servat, cujusmodi sunt religiosi.

Item. Qui moritur alicui vitæ, ab illis operibus decedit quæ illi vitæ congruunt; & qui vivere incipit aliqua vitæ, illa opera tunc sibi sunt maxime convenientia quæ illi vitæ competunt: unde Dionysius 11. cap. eccl. Hierar. ostendit, quod ante baptismum, per quem homo divinam vitam accipit, non potest exercere divinas operationes: quia sicut ipse dicit, oportet primum existere, & deinde operari. Sed religiosus per votum religionis sæculo moritur Deo vivens. Ergo per hoc quod religiosus est, interdicitur sibi operationes seculares, sicut mercationes, & alia negotia secularia; non autem actiones divine, quæ scilicet hominem in Deo viventem requirunt. Talis autem est divina confessio, quæ fit per doctrinam: Psalm. cxlvi. *Nun mortui laudaverunt te, Domine... sed nos qui vivimus, benedicimus Domino.* Et ita religiosi per votum religionis à doctrinæ officio non excluduntur.

Præterea. Illi maxime sunt idonei ad docendum qui maxime divina per contemplationem capere possunt: unde Gregorius in VI. Moral. *Quietis contem-*

*plantes sorbiant quod occupati erga proximos loquentes refundant.* Sed ad vacuum contemplationis præcipue religiosi sunt deputati. Ergo per hoc quod sunt religiosi, redduntur magis ad docendum idonei quam impeditur.

Item. Ridiculum est dicere, quod ex hoc aliquis à doctrina repellatur per quod magis quiescat ad vacuum studio, & doctrinæ reddatur sicut ridiculum esset quod à currendo impeditur qui impedienda cursum relinquunt. Sed religiosi per triplex votum relinquunt illa quibus animus maxime inquietatur, ut ex prædictis patet. Ergo eis maxime docere, & studere competit. Bech. xxxviii. 25. *Sapientiam, Glossa divinam, scribe in tabulis cordis, id est discere in tempore vacuitatis; & qui minoratur actum, percipiet sapientiam.*

Item. Pauperibus Christi maxime competit notitiam Scripturarum habere, ut patet per Hieronymum in prol. II. braicarum Questionum super Genes. *Ut nos humiles, & pauperes nec habemus divitias, nec oblatas dignamur accipere; & illi nobiscum non posse notitiam Scripturarum, id est Christi, cum mundi habere dectis.* Eis autem competit docere qui notitiam habent Scripturarum. Ergo religiosi, qui paupertatem proficiuntur, maxime competit docere.

Item. Sicut supra probatum est, ad quodlibet opus misericordiæ exequendum potest aliqua religio institui. Sed docere est actus misericordiæ, unde inter elemosinas spirituales computatur. Ergo potest aliqua religio institui specialiter ad docendum.

Præterea. Magis remota videtur à religionis proposito corporalis militia, quæ corporalibus armis exercetur, quam militia spiritualis, quæ utitur armis spiritualibus, scilicet sacris documentis ad errorum impugnationem, de quibus dicitur II. ad Corin. x. 4. *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo.* Sed religiones aliquæ provide institutæ sunt ad exequendam militiam corporealem in tutelam Ecclesiæ ab hostibus corporalibus; quamvis non desint Ecclesiæ Principes seculares, qui ex officio Ecclesiæ defendere debent. Ergo & salubriter institutæ sunt aliquæ religiones ad docendum, ut sic per eorum doctrinam Ecclesiæ ab hostibus defendatur; quamvis etiam sint alii ad quos pertinet hoc modo Ecclesiæ defensare.

Item. Qui idoneus est ad hoc ut possit assumi ad id quod majus est, & in quo aliud includitur, idoneus debet reputari ad id quod minus est, & quod in majori includitur. Sed religiosus, etiam si religio ejus non sit ad docendum instituta, potest assumi ad prælationis officium, ut patet de monachis per multa capitula xvi. quæst. 1. Cum ergo prælationis officium sit majus quam officium doctoris, quod magistri legentes in scholis exercent, & tamen prælationis officium simul habeat etiam doctrinam adjunctam; non debet inconveniens reputari, si monachus auctoritate ejus ad quem spectat, ad prædictum doctrinæ officium assumatur.

Item. Minora bona pro majoribus intermitteri possunt, ut dicit Glossa super illud Luc. ix. 60. *Tu autem vade, & auvntia regnum Dei.* Sed bonum commune præfertur bono privato. Cum ergo monachus in claustrum ordinem suum servans privato bono insistat, scilicet tantum suæ salutis; doctrinæ autem officium, quo plurimi eruduntur, in commune bonum totius Ecclesiæ redundat; non est inconveniens, si monachus extra claustrum vivat ad doctrinæ officium assumptus de licentia ejus ad quem spectat.

Nec valet quod dicunt, quod hoc possit fieri quan-

do

do necessitas immineret, quæ nunc non apparet, cum magistrorum secularium jam copia habeatur: quia utilitas communis non solum debet procurari ut sit quocumque modo, sed ut sit optimo modo quo fieri potest. Quamvis autem doctores magis multiplicentur, tanto utilitas communis, quæ ex doctrina provenit, magis crescit, quia uni manifestatur quod alteri non duntaxat est: propter quod dicitur Sap. vi. 26. *Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum: quæ zelo Moy. ductus dixit Num. xi. 29. Quis tribuat ut omnis populus prophetet?* Glossa: „Fidelis prædicator optat, si fieri valeat, ut veritatem quam solus non sufficit, ora cunctorum sonent:“ & infra: „Propphetare omnes voluit qui bonum quod habuit, non invidit.“

Item. Eiusdem est verbo præsentis, & scripto absentes docere, ut habetur II. Corinth. x. 11. *Quales sumus verbo per epistolas absentes, tales presentes in factis.* Sed nullus dubitat quin religiosi possint docere absentes scripto, cum omnia armaria plena inveniantur operibus, sive libris, quos religiosi fecerunt ad Ecclesiæ instructionem. Ergo & præsentis possunt verbo docere.

Ea autem que in contrarium opponuntur, facile est solvere.

Quod enim primo dicunt, esse Domini consilium de vitando magisterio, patet multipliciter esse falsum. Primo, quia supererogationes, de quibus dantur consilia, habent præmium eminentius, ut patet ex hoc quod dicitur Lucæ x. 35. *Et quocumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi:* quod Glossa de supererogatione consiliorum exponit. Unde absinere ab illis actibus quibus excellens debetur præmium, sub consilio cadere non potest. Doctoribus autem debetur præmium excellens, sicut & virginibus, scilicet aureola, ut patet Danielis xii. 3. *Qui ad justitiam erudunt multos, Glossa verbo, & exemplo, quasi stelle in perpetua æternitate.* Sicut ergo inconveniens esset dicere, quod declinare virginitatem, & martyrium sub consilio cadere; ita inconveniens est dicere, quod absinere ab actu docendi, sub consilio cadat. Item consilium non potest esse de eo quod contrariatur consilio, vel præcepto. Sed docere cadit sub præcepto, vel sub consilio, ut patet Matth. ult. 19. *Euntes, docete omnes gentes &c.* Galat. vi. 1. *Vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Non ergo de non docendo potest esse consilium. Item consilia que Dominus proposuit, immediate ab Apostolis observari voluit, ut eorum exemplo alii ad observanda consilia provocarentur: unde Paulus I. Corinth. vii. 7. *omnes homines esse instituit proponens, dixit: Volo (1) omnes homines esse sicut me ipsum.* Sed observatio hujus quod dicitur consilium, scilicet abstinere à docendo, ad Apostolos non pertinebat, cum ipsi ad docendum in universum orbem mitterentur. Non ergo absinere à docendo sub consilio cadit. Nec potest dici, quod sub consilio cadat abstinere ab his que ad solemnitatem docendi pertinent: quia ea que ad elationis, alias enim essent ab omnibus vitanda, quia quilibet teneret elationem vitare; sed sunt ordinata ad auctoritatem officii ostendendam; & ideo sicut perfectioni nihil deperit, si sacerdos supra diaconem sedeat, & sericus ornetur sacerdos supra diaconem sedeat, & sericus ornetur sacerdos supra diaconem sedeat, si quis magistratibus insignis utatur: & hoc est quod dicit quædam Glossa super illud Matth. xx. 11. 6. *Amant primos re-*

*culitus.* „Magistros, inquit, primos sedere non vult; sed eos arguit qui hæc habita, vel non habita appetunt.“ Adhuc autem est magis ridiculum dicere, quod etsi abstinere à docendo sub consilio non cadat, abstinere tamen à magisterii nomine sub consilio cadit. Non enim potest esse præceptum, vel consilium de eo quod non est in nobis, sed in alio. In nobis quidem est docere, vel non docere, de quo non esse consilium probatum est. Sed doctores, autem magistros vocari non est in nobis, sed in eis qui sic nos nominant. Non ergo potest sub consilio cadere, ut non vocemur magistri. Item cum nomina sint imposita ad significandum res, ridiculum est dicere, quod nomen sit prohibitum, cum res non sit interdicta. Item consiliorum observatio maxime ad Apostolos pertinuit, quibus medianibus, ad alios pervenit. Magistri ergo nomen nullo consilio est interdictum, cum ipsi Apostoli se ipsos magistros, & doctores nominaverint. I. Timoth. 11. 7. *Vernatem dico, non mentior, doctorem gentium in fide, & veritate.* II. Timoth. 1. 11. *In quo positus sum, ego prædicator, & Apostolus, & magister gentium.* Restat ergo dicendum, quod id quod Dominus dixit, *Nolite vocari Rabbi*, non sit consilium, sed præceptum, ad quod omnes tenentur; nec prohibetur actus docendi, & magisterii nomen, sed ambitio magisterii: unde cum subjungit, *Nec magistri, Glossam:* „nec appetatis vocari:“ nec quemlibet appetitum interdicit, sed inordinatum; ut ex Glossa pius inducta apparet, & ex hoc etiam quod de inordinato appetitu Pharisæorum præmiserat, dicens: *Amant primos recubitus &c.* Potest tamen aliter intelligi, secundum Glossam, ut etiam ex circumstantia litteræ patet. Simul enim Dominus prohibet ibidem patris nomen, ac magistri, quia unus est pater noster qui est in cælis, & quia magister noster unus est Christus. Deus enim, ut Glossa dicit ibidem, & pater, & magister noster dicitur; homo autem dicitur indulgentia pater, & magister ministerio. Prohibet ergo Dominus ne auctoritas vitæ naturalis, seu spiritualis, aut etiam sapientiæ alicui homini attribuat: unde dicit Glossa: „Vos autem nolite vocari magistri, ne que Deo debentur, vobis præstamini; neque alios Rabbi vocetis, ne divinum honorem hominibus deferatis.“ Unde in alia Glossa dicitur, quod pater vocandus est aliquis, ut honor grati deferatur, non ut auctor vitæ habeatur. Magister ex consortio veri magistri tamquam ejus nuntius, & pro reverentia ejus à quo mittitur, honoratur. Sic ergo patet quod Dominus non prohibuit simpliciter nec præcepto, nec consilio nomen patris, aut magistri: alias quomodo sancti patres sustinuerunt ut illi qui præsumt monasterii, Abbates, id est patres, vocarentur? Quomodo etiam Christi Vicarius, qui debet esse perfectionis exemplum, Papa, id est pater, diceretur? Augustinus etiam, & Hieronymus Episcopos quibus scribunt, Papas, id est patres, frequenter nominant. Scilicet magister est ergo dicere, quod hoc quod dicitur, *Nolite vocari Rabbi*, sit consilium. Dato etiam quod sit consilium, non sequitur quod omnes perfecti ad istud consilium teneantur. Non enim qui statum perfectionis proficiunt, ad omnia tenentur consilia, sed ad ea tantum ad quæ ex voto se obligant: alias Apostoli, qui in statu perfectionis erant, tenebantur ad hanc supererogationem quam Paulus faciebat, ut non acciperent stipendia ab Ecclesiis quibus predicabant; & peccabant, cum hoc non observarent, ut patet I.

Co-

Corinth. ix. Sequeretur etiam ex hoc religionum confusio, si omnes ad omnes supererogationes, & omnia consilia tenerentur: quidquid enim una supererogaret, omnes supererogate tenerentur, & sic inter eas nulla distinctio remaneret: quod est inconueniens. Non ergo ad omnia consilia perfecti tenentur, sed solum ad ea quae se obligant.

Quod etiam secundo obijciunt, quod monachus non docentis, sed plangentis habet officium, pro eis non facit. Ibi enim Hieronymus ostendit, quod monacho, ex hoc quod est monachus, competat penitentiam agere, non docere, sicut illi sibi usurpabant de quibus diximus, quod ex hoc ipso quod monachi erant, docere volebant: vel intendit ostendere, quod monachus, ex hoc quod est monachus, non obligatur ad docendum. Sic enim Hieronymus inducit hoc in epistola contra Vigilantium. Non autem sequitur, si monachus non habeat officium docendi, quod accipere non possit; sicut non sequitur, si subdiaconus non habeat officium legendi Evangelium, quod ad hoc officium assumi non possit: & hoc est quod Gratianus dicit xvi. quaest. 1. *Superiori*. Voluit ergo Hieronymus distinguere inter personam monachi, & personam clerici, ostendens quid cuique ex proprio officio conueniat. Aliud enim conuenit cuique ex eo quod monachus est, aliud ex eo quod clericus est. Ex eo quod Monachus est, sua, & aliorum peccata deflendi habet officium; ex eo quod clericus est, docendi, & pascenti populum. Ex quo etiam patet intellectus alterius capituli supradicti, in quo Gratianus loquitur in illa quaestione de doctrina praedicationis, quae ad praelatos pertinet, non autem de doctrina scholastica, cui praelati non multum intendunt. Unde haec obiectio procedit in equiuoco. Item dato quod monacho docere non liceat, non sequitur quod canonicis regularibus non liceat docere, cum canonicis regularibus inter clericos computentur, de quibus Augustinus in sermone de communi vita clericorum, & habetur xi. quaest. 1. *Nemo: Qui habuerit proprium, vel habere uoluerit, & de proprio uiuere, parum est ut dicam: Non mecum manebit, sed nec clericus erit.* Ex quo patet quod illi qui sub beato Augustino sine proprio uivebant, inter clericos computabantur. Quamuis autem Augustinus postea reuocauerit hoc generale interdictum quod fecerat, ut nullus clericus esset, nisi sine proprio uiveret; non tamen reuocauit quin illi qui sine proprio sub eo uivebant, clerici essent, ut patet per cap. *Certe ego sum* quaest. eadem. Quod autem obijciunt, quod canonicis regulares, & monachi ad paria censentur, intelligendum est in illis quae sunt communia omni religioni, sicut uivere sine proprio, abstinere a negotiationibus, & ab officio aduocandi in causis, & huiusmodi: alias possent similiter concludere, quod canonicis regulares tenerentur abstinere a lineis indumentis, quia monachi ad hoc tenentur. Multo etiam fortius licet illis religionis docere quorum religio est ad hoc statuta, etiam si monachis non liceret, sicut Templariis licet armis uti, quod non licet monachis.

Quod autem tertio obijciunt, quod assumere magisterii officium est contra uotum religionis, patet multipliciter esse falsum. Religiosi enim per uotum religionis non hoc modo abrenuntiant mundo, ut rebus mundi uti non possint; sed mundanae uitae, ut scilicet mundi actionibus non occupentur: unde & sunt in mundo, inquantum rebus mundi utuntur; & non sunt de mundo, inquantum a mundanis actionibus sunt liberi. Unde non est contra uotum eorum, si utantur diuitiis, vel etiam quandoque deliciis:

alias quicumque deliciose comederent, mortaliter peccarent, quod non est dicendum. Unde non est contra uotum eorum, si quandoque honoribus utantur. Item mundo, secundum quod ibi accipitur, non solum religiosi, sed etiam omnes homines abrenuntiare tenentur: quod patet ex hoc quod supra praenuntiat Joannes, Epist. I. cap. 11. 15. *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitae.* Glossa: „Omnes dilectores mundi nihil habent nisi haec tria, quibus omnia uitorum genera comprehenduntur.“ Unde patet quod ad mundum dicuntur ibi pertinere non diuitiae, & deliciae simpliciter, sed inordinatus appetitus earum; & sic non solum religiosi, sed etiam omnibus interdicitur non quidem honor, sed ambitio honoris. Glossa ibi: „*Superbia uitae*, id est omnis ambitio saeculi.“ Item dato quod honor simpliciter ad mundum pertinere intelligatur, non tamen hoc potest dici de quolibet honore, sed de honore qui consistit in rebus mundanis: non enim potest dici quod honor sacerdotii pertinet ad mundum, & similiter nec honor magisterii, cum doctrina, quam consequitur talis honor, sit de spiritalibus bonis. Sicut ergo religiosi non abrenuntiant per uotum sacerdotio, ita nec magisterio. Item hoc falsum est quod magisterium sit honor: est enim officium cui debetur honor. Dato etiam quod religiosi cuiuslibet honoris abrenuntiauerint, non tamen abrenuntiauerint eis quibus debetur honor, alias renuntiauerint operibus uirtutum. Honor enim secundum Philosophum in I. Ethicorum est praemium uirtutis. Nec propter hoc aliquis debet abstinere a magisterio, quia diabolus aliquos inflatos honore magisterii decipit; sicut nec a bonis operibus, quia Augustinus dicit: *Superbia etiam bonis operibus insidiatur ut percam.*

Ad illud autem quod quarto obijciunt, quod religiosi proficiunt perfectam humilitatem, dicendum, quod est falsum: non enim uolunt humilitatem, sed obedientiam. Humilitas enim sub uoto non cadit, sicut nec aliae uirtutes; cum actus uirtutum sint necessarii, quia sunt in praecipuo; uotum autem est de eo quod est uoluntarium. Similiter etiam nec perfectio humilitatis sub uoto cadere potest, sicut nec perfectio charitatis, cum perfectio uirtutis non sit ex nostro arbitrio, sed ex Dei munere. Dato autem quod ad perfectam humilitatem tenerentur, non sequitur quod non possent aliquibus honoribus potiri, sicut non possunt possidere diuitias propter hoc quod proficiunt summam paupertatem, quia possidere diuitias paupertati opponitur; non autem potiri honoribus opponitur humilitati, sed in honoribus se inordinate extollere: unde, ut Bern. dicit in Lib. de consideratione, *nulla splendidior gemma humilitate, scilicet in omni ornatu summi Pontificis: quo enim celsior caeteris, eo humilitate apparet illustrior & se ipso: & Becl. 111. 20. dicitur: Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Quis enim audeat dicere, quod Gregorio aliquid de perfectione humilitatis deperit, quia ad summum apicem ecclesiastici honoris promotus est? Patet etiam ex dictis, quod magisterium non est honor: & sic ratio illa penitus nihil ualeat.

Ad id quod quinto obijciunt, dicendum, quod Dionysius distinguit monachos contra diaconos, presbyteros, & Episcopos. Patet etiam quod loquitur de monachis qui clerici non erant tempore Ecclesiae primitiuae, ut patet xvi. q. 1. *Superiori*. Monachos usque ad tempus Busebii, Zosimi, & Siricii clericos non

non fuisse, ecclesiastica testatur Historia. Et sic non potest concludi per dictum Dionysium aliquid de monachis qui sunt Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi. Proceedit etiam eorum ratio ex malo intellectu Dionysii. Vocat enim actiones sacras ecclesiastica sacramenta, baptismum dicens esse purgationem, & illuminationem, sed confirmationem, & Eucharistiam perfectionem, ut patet in tv. cap. ecclesiasticis Hierarchi: & haec dispensare non licet nisi praedictis ordinibus; sed docere in scholis non est de istis sacris actionibus de quibus Dionysius loquitur, alias nullus posset docere in scholis nisi esset diaconus, vel sacerdos. Item monachi Clerici possunt conficere corpus Christi, quod non nisi sacerdotibus licet. Ergo multo fortius docendi uti possunt officio, ad quod sacerdos non requiritur.

Ad aliud quod sexto obijciunt, quod nullus potest ecclesiasticis officiis deservire, & in monastica regnula ordinare persistere, & ita multo minus scholasticis, intelligendum est non de his quae ad substantiam religionis pertinent, ut etiam per apparatus ibi patet, quia haec bene seruari possunt ecclesiasticis uacantes officiis; sed intelligitur quantum ad alias obseruantias, sicut silentium, & uigilias, & huiusmodi: quod etiam patet ex hoc quod sequitur in praedicto capitulo: *Ut ipse distinctionem monasterii teneat qui quorundam in ministerio ecclesiastico cogitur deservire.* A quibus obseruantias regularibus non est inconueniens, si aliqui abstineant, ut utilitati communi uacent docendo, sicut patet in illis qui ad praedicationis officium assumuntur, cum etiam in claustris manentes in talibus quandoque dispensationem accipiant propter aliquam causam. Et praeterea aliqui religiosi sunt quae in claustris suis manentes, distinctionem sui ordinis seruantes, scholastico insistent officio, quod ex institutione sui ordinis habent.

Ad illud quod septimo obijciunt, dicendum, quod ille se superextendit supra mensuram suam, ut patet per Glossam ibidem, qui se extendit ultra quam ei concedatur. Illud autem intelligitur concessum quod nulla lege prohibuitur inuenitur. Unde si religiosus aliquid faciat quod non sit sibi per regulam suam prohibuitur, non superextendit se supra mensuram, quamuis de illo faciendo in regula nulla mentio fiat: alias non liceret religiosi aliquibus, qui habent regulas laiores, assumere sibi perfectioris uitae consuetudines, & statuta; quod est contra Apostolum ad Philipp. 111. qui ea quae retro sunt obliuiscens, ad ea quae sunt priora, se extendebat. Et praeterea aliqui religiosi sunt qui doctrinam ex institutione sui ordinis habent: & patet quod contra eos dicta obiectio non procedit.

Quod autem adiungunt, quod in uno religiosorum collegio duo doctores esse non debent, manifeste patere potest iniquum esse. Cum enim religiosi non sint minus humiles quam saeculares, ut supra probatum est, non debet in docendo religiosi peior esse conditio quam saecularis. Esset autem secundum positionem praedictam: quia non maior uia pateret toti uni multitudini religiosorum ueniendi ad magisterium quam uni saeculari, qui singulariter per se studet, qui magister fieri potest, si in studio proficiat. Item secundum hanc positionem profectus esset in religiosis impeditur. Sicut enim pugnantis esset impediendum ad pugnam, si praemium pugnae ei subtraheretur, quia, ut Philosophus in II. Ethic. dicit, *fortissimi pugnatore esse uidentur a pud quos sunt timidi inhonorati, fortes honorati*; ita studentis esset impediendum ad studium, si ei magisterium subtrahatur,

quod est studium praemium. Item hoc reputatur in penam infligi alicui, si epeisquam in studio profecit, magisterium denegatur. Si ergo religiosus in magisterio consequendo plusquam alii impediatur, ex hoc ipso quod religiosus est; punietur; & hoc est punire homines pro bono quod iniquum est.

Ad primum ergo quod inducitur, dicendum, quod illa auctoritas non magis ad religiosos pertinet quam ad saeculares. Fratres enim in nouo testamento omnes Christiani appellatur, ut per se patet: quorumlibet etiam Christianorum collegium Ecclesia dicitur. Non tamen numerus magistrorum interdicitur per auctoritatem praedictam religiosi, seu saecularibus: quia, ut Augustinus dicit, multi magistri dicuntur, quia contraria docent, & multi docentes unus magister sunt; & sic contrarias, non pluralitas doctorum prohibetur. Vel magis secundum litteram prohibetur ut non quilibet indifferenter ad magisterium assumatur, sed discreti, & in Scripturis edocti, ut dicit Glossa, & hoc pauca sunt: & alia Glossa dicit, quod „non erudios in uerbo fidei ab officio uerbi remouet, ut non impediatur ueros praedicatoris.“ Vel loquitur de magisterio quod competit praelatis Ecclesiarum: prohibetur enim ne uis pluribus Ecclesiis, aut plures uni Ecclesiae praesint: unde Glossa: „In pluribus Ecclesiis, aut plures in una Ecclesia, si ne uelitis esse magistri, id est praelati, qui soli sunt Ecclesiarum magistri: non enim qui de aliquo collegio docet, Ecclesiae magister est, quamuis collegium de quo est, Ecclesia dicitur.“

Ad secundum dicendum, quod plures magistri qui sunt de uno collegio, non praesunt illi collegio sicut rector in uari, vel principes in apibus, sed sicut unusquisque praesit in sua schola. Unde per auctoritatem praedictam non potest probari quod intendunt, sed solum quod in una schola non possunt esse plures magistri.

Ad tertium dicendum, quod per hoc quod in uno religiosorum collegio multiplicentur plures magistri, non excluduntur saeculares a doctrina, quamuis sint multi religiosorum collega: quia non semper de quolibet religiosorum collegio inueniuntur plures ad docendum idonei; sicut nec aliquis a docendo impeditur propter hoc quod de quolibet diceci possunt esse tot magistri, quot ad hoc inueniuntur digni ratione eadem. Et si etiam multi inueniuntur idonei, de utrisque essent magis idonei praeligendi, siue religiosi, siue saeculares, sine personarum acceptione. Nec tamen ex multitudine doctorum sacra Scriptura uenit in contemptum, dummodo sint sufficientes, sed magis ex insufficientia; etiam si sint pauci. Unde non est conueniens determinatum numerum magistrorum esse; haec occasione idonei a magisterio repellatur.

## CAPUT III.

An religiosus licite possit esse de collegio saecularium magistrorum.

Adhuc autem sua malitia eos instigante conantur ostendere, quod religiosi saecularibus in his quae ad studium pertinent, communicare non debent; ut si non ex toto doctrinae amittant officium, tamen in executione officii aliquo modo impediuntur.

Ad hoc autem ostendendum, inducunt primo illud quod habetur xvi. quaest. vii. cap. *In noua actione*, ubi dicitur: „In uno eodemque officio non debet esse dispar professio: quod etiam in lege diuina pro-

hibetur, dicitur Moyses: Non arabis simul in bove, & asino; id est homines diverse professionis in uno officio simul non sociabis: & infra: Nam coherere, & conjungi non possunt quibus & studia, & vota sunt diversa: Cum ergo religiosi, & secularibus sit profectio dispar, in uno docendi officio sociari non possunt.

Item. Cum quilibet morem gerere debeat illis quibus convivat, secundum Augustinum, inconveniens videtur ut unus & idem sit de religioso, & seculari collegio simul & semel: non enim potest simul utrumque actus imitari. Sic ergo religiosus qui est de collegio suae religionis, non potest esse de collegio secularium doctorum.

Item. Secundum juris ordinationem statutum est ut unus & idem non sit in diversis collegiis secularibus, nisi forte per dispensationem. Multo igitur minus religiosus, qui est de collegio suae religionis, poterit esse de collegio secularium magistrorum.

Item. Quicumque sunt de aliquo collegio, observare tenentur ea quae ad illud collegium spectant. Religiosi autem observare non possunt ea quae competunt collegio doctorum, & scholarium secularium: non enim possunt se obligare ad quae alii se obligant, nec jurare quae alii jurant, vel alia hujusmodi servare quae alii servant, cum non sint sui juris, sed sub potestate alterius constituti: & ita videtur quod non possint esse de collegio eorum.

Adhuc autem amplius in sua procedunt malitia, ut quos a societate vident se non posse efficaci ratione dividere, saltem infamando sejungant. Dicunt enim per religiosos offensivula, & scandala excitari: & ideo se debere eorum vitare consortium, secundum praecipuum Apostoli ad Roman. ult. 17. Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones, & offensivula praeter doctrinam quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis.

Dicunt etiam, quod religiosi otiose vivunt: unde vitari debent, secundum praecipuum Apostoli II. ad Thessal. 111. 6. Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi: Glossa: per Jesum praecipimus: ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: Glossa: id est, non communicetis, eis qui ambulant inordinate: & non secundum traditionem quam acciperat a nobis: & subjungit de labore manuum, dicens: Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos etc. & infra expressius: Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, scilicet de operando manibus, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur.

Imponunt etiam religiosi, quod ipsi sunt actores periculorum in novissimis diebus futurorum: unde sunt vitandi, secundum praecipuum Apostoli I. Timoth. 111. 1. Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidissimi, & infra: Habentes quidem speciem pietatis, id est religionis secundum Glossam, virtutem autem ejus abnegantes: & hoc devota. Sed, sicut in eodem capitulo dicitur, mali homines, & seductores proficiunt in pejus, errantes, & in errorem mittentes.

Unde non contenti religiosorum infamia, etiam (1) apostolicam auctoritatem evacuar conantur, dicentes, quod nec etiam apostolica auctoritate cogi possunt ut ad suam societatem religiosi admittantur: quia secundum juris civilis ordinem nullus ad societatem compelli debet, cum societas voluntate firmetur:

(1) Al. Apostoli eam auctoritatem.

unde nec ipsi compelli possunt aliqua auctoritate ut religiosos in suam societatem admittant.

Item. Apostolica auctoritas non se extendit nisi ad ea quae ad cathedram pertinent: unde Apostolus dicebat II. Cor. x. 13. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae qua mensus est nobis Deus. Ad cathedram autem, ut dicunt, non pertinet studentium societas, sed collegio beneficiorum, administratio sacramentorum, & alia hujusmodi: unde auctoritate apostolica cogi non possunt ut religiosi ad suam societatem admittantur.

Item. Potestas ministris Ecclesiae collata est, non in destructionem, sed in aedificationem, ut dicitur II. Corinth. ult. Unde cum in destructionem ordinatur societas religiosorum, & secularium, ut ex praemissis ostendere conantur, compelli non possunt apostolica auctoritate ut religiosi ad suam societatem admittantur.

Haec autem eorum sententia invenitur esse damnoosa, falsa, & frivola. Damnoosa quidem est, quia derogat ecclesiasticae unitati, quae consistit secundum Apostolum ad Rom. 111. 5. in hoc quod multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Sumus alter alterius membra, dum sumus alii servientes, alii indigentes. Ideo dicitur singuli secundum Glossam, quia nullus excluditur, major, vel minor. Unde pater quod ecclesiasticae unitati derogat quicumque impedit quod unusquisque alterius membrum non sit, ei serviendo secundum officium sibi competens. Cum ergo religiosi competat docendi officium: de quo post pauca Apostolus mentionem facit dicens: Sive qui docet, in doctrina: Glossa: qui habet gratiam docendi, sit membrum alterius in exhibitione doctrinae: manifestum est quod ecclesiasticae unitati derogat quicumque religiosus impedit ne quemquam docere possit, vel a quocumque addiscere. Derogat etiam praedicta charitati. Quia secundum Philosophum in VIII. & X. Ethic. in communicatione amicitia fundatur, & salvatur: cui congruit sententia Salomonis Proverb. xv 111. 24. Vir amicus est societas magis amicus erit quam frater. Unde qui prohibet seculares in studio religiosi communicare, vel e converso, impedit charitatem, & ex hoc etiam dissensionis, & rixae disseminat incertum. Derogat etiam haec sententia profectui studentium. In omnibus enim negotiis quae a pluribus exerceri possunt, plurimum societas multum prodest: unde Proverb. xv 111. 16. Frater qui advocatur a fratre, quasi civitas firma: & Eccles. 1v. 9. Melius est duos esse simul quam unum: habent enim emolumentum societatis suae. Sed praecipue in acquisitione scientiae plerumque societas multorum studentium prodest, quia interdum alter ignorat quod alius invenit, aut quod ei revelat. Unde & Philosophus I. Lib. caeli & mundi dicit, quod antiqui Philosophi in conventionibus diversis veritatem de caelestibus investigaverunt. Quicumque ergo aliquod genus hominum a societate studentium segregat, manifeste commune studium impedit. Et hoc praecipue verum est de religiosi, qui quanto sunt a curis secularibus absoluti, tanto ad studium inveniuntur magis idonei, secundum illud Eccles. xxxv 111. 25. Qui minoratur actum, sapientiam percipiet. Derogat autem praedicta sententia fidei: communicati, quae quia una debet esse, catholica nominatur. Facile enim contingit ut qui secum in doctrina non communicant simul conveniant, diversa, & interdum contraria

doceant: unde Apostolus de semetipso dicit ad Gal. 11. 1. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito; ascendi autem secundum revelationem, & contuli cum illis Evangelium quod praedico in gentibus; seorsum autem cum his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut eucurrissem. Unde & in decretis dist. xv. cap. Canones, dicitur quod a temporibus Constantini Concilia inceperunt. In praecedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium minime dabatur facultas: inde Christianitas in diversas haereses scissa est, quia non erat Episcopis licentia conveniendi in unum. Pater ergo quod in periculum fidei divisionem inducit qui doctores fidei in unam societatem congregari non permittit. Et sic patet multipliciter praedictam sententiam esse damnosam.

Et etiam eadem sententia falsa, quod multipliciter patet: quia est contraria doctrinae apostolicae, quae falsa esse non potest. Dicitur enim I. Petr. 1v. 10. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrans sicut boni dispensatores multififormis gratiae Dei: Glossa: Gratiam dicit, id est quodlibet donum Spiritus Sancti ad subserviendum aliis tam in secularibus, quam in spiritualibus. Et exemplificat de dono scientiae, dicens: Si quis loquitur quasi sermones Dei: Glossa: Si oris habet scientiam loquendi, non sibi, sed Deo imputet. Timeat autem non praeter voluntatem Dei, vel auctoritatem sanctarum Scripturarum, vel praeter utilitatem fratrum doceat; nec etiam quod docendum est, taceat. Qui igitur dicit, quod religiosi, & seculares in alterutrum donum scientiae non communicent, manifeste auctoritati apostolicae contradicit. Item ex ore sapientis dicitur Becll. xxx 111. 18. Respice quod non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam: quod ad ecclesiasticum doctorem pertinet, ut Glossa ibidem dicit, qui non solum sibi, sed aliis scribendo, & docendo proficit. Qui omnes dicit, nullum excipit. Ergo tam religiosi, quam seculares doctores omnibus communiter & secularibus, & religiosi proficere debent docendo. Item diversa officia sunt in Ecclesia, sicut diversa membra in corpore, ut patet in I. ad Corinth. 111. in textu, & in Glossa. Sicut autem oculi sunt in corpore, ita doctores sunt in Ecclesia, Matth. v. & xv 111. 9. per hoc quod dicitur: Si oculus tuus scandalizat te, doctores, & consilarii intelliguntur, ut per Glossam patet. In corpore autem humano est ita quod oculus omnibus membris providet indifferenter, & similiter quodlibet aliud membrum alteri subservit in suo officio. I. Cor. 111. 21. Non potest autem dicere oculus manus, Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii. Ergo & quicumque sumuntur ad officium doctrinae, debent omnibus, cuiuscumque conditionis fuerint, docendo proficere, & religiosi secularibus, & seculares religiosi. Item quibuscumque competit aliquis actus, competit admitti ad societatem illorum qui ordinantur ad actum illum, cum societas nihil aliud esse videatur quam adunatio hominum ad unum aliquid communiter agendum: unde & omnes quibus pugnare licet, possunt communicare in eodem exercitu, qui est societas ordinata ad pugnam: non enim videmus quod milites religiosi repellant milites seculares a suo exercitu, nec e converso. Sed societas studii est ordinata ad actum docendi, & discendi. Cum ergo non solum seculares, sed etiam religiosi liceat docere, & discere, ut ex praedictis patet; non est dubium quod

religiosi, & saeculares in una societate studii esse possunt.

Est etiam praedicta sententia frivola: quia rationes quibus innitur, nullius momenti sunt, & ostendunt ignorantiam eorum qui eas inducunt, vel veram, vel fictam. Est enim societas, ut dictum est, adunatio hominum ad aliquid unum perficiendum; & ideo secundum diversa ad quae perficienda societas ordinatur, oportet societas distingui, & de eis iudicari; cum iudicium uniuscujusque rei praecipue sumatur ex fine. Et inde est quod Philosophus in VIII. Ethic. diversas communicationes distinguit, quae nihil aliud sunt quam societas quaedam privatum diversa officia, in quibus homines sibi invicem communicant: & secundum has communicationes amicitias distinguit, sicut eorum qui simul nutriuntur, vel qui simul negotiantur, aut aliquid aliud negotium exercent. Exinde etiam venit distinctio societatis, quae distinguitur in publicam, & privatam. Publica autem societas dicitur secundum quam homines sibi invicem communicant in una republica constituenda, sicut omnes homines unius civitatis, vel unius regni in una republica sociantur. Privata autem societas est quae ad aliquid negotium privatum exercendum conjungitur, sicut quod duo, vel tres societatem ineunt ut simul negotientur. Utraque autem dictarum societatum distinguitur in perpetuam, & temporalem. Illud enim ad quod aliqua multitudo, vel etiam duo, vel tres obligantur, quandoque est perpetuum; sicut illi qui efficiuntur alienigenae civitatis civives, perpetuam societatem ineunt, quia mansio civitatis eligitur ad totum tempus vitae hominis: & haec est societas politica. Similiter etiam societas privata, quae est inter virum & uxorem, & dominum & servum, perpetuo manet propter perpetuitatem vinu-quo colligatur; & haec societas vocatur economica. Quando vero negotium ad quod multitudo congregatur, temporaliter exercendum eligitur, non est societas perpetua, sed temporalis; sicut quod multi negotiatores ad nundinas conveniunt, non ut ibidem perpetuo morentur, sed donec negotia expleant; & haec est societas publica, & temporalis. Similiter duo socii qui idem hospitium conducunt, non ineunt perpetuam societatem, sed temporalem: & haec est societas privata, & temporalis. De his ergo societatibus diversimode iudicandum est. Unde qui indistincte nomine societatis utitur, vel collegii, ignorantiam suam ostendit.

Secundum haec ergo patet de facili responsio ad rationes eorum. Ad illud enim quod primo objicitur, quod in uno & eodem officio non debet esse dispar professio: & infra: Homines diversa professionis simul non sociabis: responderetur, quod intelligendum est quantum ad illud in quo diversificantur, sicut quod laici, & clerici clericus in his quae pertinent tantum ad officium societatis: unde ante praedicta verba praemittitur: Indecorum est laicum vicarium Episcopi esse, & viros ecclesiasticos iudicare. Similiter etiam religiosus non potest sociari seculari in illo in quo secularis a religioso diversificatur, ut in negotiis saeculi exercendis, quae sunt religiosi prohibita. II. Tim. 11. 4. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Officium autem docendi, & discendi est commune religioso, & seculari, ut ex supra dictis patet: unde nihil prohibet religiosos seculares in uno officio docendi, & discendi sociari; sicut diversa etiam conditionis homines unum corpus Ecclesiae constituunt, secundum quod in unitate fidei conveniunt. Gal. 111. 28.

